

Q.D. 529, 27.

B. m. II

IIa
52

DE
BIBLIOTHECIS HISPANIAE, GALLIAE ET ANGLIAE,
QVAE CODICIBVS MSTIS SVPERBIVNT, NEC NON
SCRIPTORIBVS, QVI LIBRORVM MSTORVM
INDICES EDIDERVNT, BREVITER
STRICTIMQVE DISSERIT

S I M V L Q V E

A D

O R A T I O N E M P A N E G Y R I C A M

I N

S E R E N I S S I M I C E L S I S S I M I Q V E P R I N C I P I S A C D O M I N I
D O M I N I

C A R O L I

D U C I S B R V N S V I C E N S I V M E T L V N E B V R G E N S I V M
P A T R I A E P A T R I S A C D O M I N I N O S T R I L O N G E
C L E M E N T I S S I M I

A V S P I C A T I S S I M V M N A T A L E M

A V G V S T I C A L E N D I S A . R . S . M D C C L V

D I V I N A F A V E N T E G R A T I A R E C V R R E N T E M

I N

I L L V S T R I A N N A - S O P H I A N E O A P V D
S C H E N I N G E N S E S

H A B E N D A M

I N V I T A T

M . J O . A D A M S C H I E R
C O N R .



H E L M S T A D I I T Y P I S J O . D R I M B O R N I I .

DE

UNIVERSITATIS IMPERIALIS
GOTtingensis
LIBRARY
SOCIETATIS
TUDICORUM
SALOTICORUM DISPUTATIONUM
TURMIS

2012

GAT

GRATIA
PRO TUTTUS

SUPERIORUM CENSORES ET TRIBUNAE AC DOMINI
TUTTUS

G A R O P I

DIGITIS GRANVATICIS IN SIVI ET FAVINAE VENGENZIA
TUTTUS TUTTUS AC DOMINI MEGITI FORTE
CATHARISTI

MELATANIA MELATANIA


DAVYDII CALVADIA ALIA E MODA
HABITATUR ALIA PREDICATUM

CLILATTA VITAM SPERANTIA VITA
ZONEM INGENIES

HABEAT

GRATIA
TUTTUS AC DOMINI

BENTHEMUS TUTTUS AC DOMINI



Et illa praecipua seculi, quod jam per
Dei gratiam vivimus, felicitas, ut
bonae litterae crescant & omnia
subsidiorum genera, quae ad pro-
vehendum illarum florem condu-
cunt, quaeque olim litterarum hu-
maniorum & elegantiorum culto-
ribus invidebantur, nunc omnibus pateant. Certa-
tim nostra aetate excutiuntur bibliothecarum foruli in
omnibus cultioris Europae partibus & inde promun-
tur, quae ad communem utilitatem & eruditionem in-
dies perficiendam aliquid conferunt. Quis autem du-
bitat, in ejusmodi subsidiorum numero, quibus ele-
gantiores litterae insigniter incrementum capiunt, Co-
dices manu exaratos merito ponit? ex his enim vel li-

bri nondum vulgati exscriptique typis in lucem pos-
sunt protrahi ; vel si vulgati jam typis sunt, ex codi-
cum MStorum variantibus emendari lectionibus subin-
de, lucemque possunt accipere. Magnum itaque a
longissimis temporibus codicum MStorum in bibli-
othecis fuit pretium, ut, quo majori istae instructae sunt
illorum copia, eo major earum habeatur praestantia
atque dignitas. Cumque rei litterariae, in primis criti-
cae & antiquariae quam maxime intersit, ut manu
exarati codices, qui in scriniis & latebris delitescunt,
in publicum protrahantur eorumque notitia ad omnes
perveniat, existimavimus praeque nobis tulimus, non
male studium nos tempusque collocatueros sed potius
multis rem gratam nos facturos esse, si in praesenti
praestantissimas Hispaniae, Galliae & Angliae bibli-
othecas MStorum copia instructas nominaremus praec-
ipuosque scriptores, qui data opera Codicum MSto-
rum indices in lucem ediderunt, recenseremus :

Initium faciemus ab Hispania ; in hoc amplissimo
regno inter bibliothecas velut inter ignes luna mino-
res eminet instructissima perque omnem Europam ce-
leberrima *Scorialensis* sive *Scoriacensis*, cui hodie pre-
est *Gregorius Majansius*, vir meritis in Jurispruden-
tiam & litteras elegantiores illustris.* Condidit eam,
ut satis liquet, *Philippus secundus* & testante Rev. Ab-
bate de *Vayrac* dans Etat present de l' Espagne T. I,
P. II, p. 536 edit. Parisiensis,** codicum MStorum
quin-

* confer. *Struvii Biblioth. Histor. Litter.* p. 199 (ex rec. Cel. Ju-
gleri)

** prodit hic utilissimus lectuque dignissimus liber *Parisii* 1718
tribus

quindecim millia in ea numerantur, inter quos sunt multi Graeci rarae vetustatis. Catalogum praecipuum librorum ineditorum, qui MSti adservantur in Bibliotheca Scorialensi V. Cl. *Alexander Barvoetius* nobis reliquit. Extat ille in *Foach. Jo. Maderi & Jo. Andr. Schmidii Collectione de bibliothecis & Archivis*, nec non in *Philippi Labbei Specimine novae bibliothecae MStorum*, * cui accessit *Scipionis Tettii*, Neapolit. index MStorum Bibliothecae Scorialensis. Idem *Barvoetii* opusculum cum rei litterariae studiosis communicavit *Bernh. Montefauconius* in Bibliotheca Bibliothecarum MStorum nova T. I. p. 616 seq. ** Ara-

A 3

bico-

tribus tomis in 8 cum fig. Recens. in *Actis Eruditorum* 1719 p. 278 & rec. Amstelodami 1719, III Tom. in 12. confer.

Journal littéraire 1720, T. XI. P. I. *Europe Savante* 1719 T. XI P. II. & *Maendelyke Uittrekſel* 1719 mensē Augusto

* quod specimen prodiit Lutetiae Parisiorum 1653 in 4.

** integer titulus hujus operis magni & ad omnem posteritatem illustris est : R. P. D. BERNARDI DE MONTFAVCON, *Monachi Benedictini e Congr. S. Mauri, Bibliotheca Bibliothecarum Manuscriptorum nova, ubi, quae innumeris paene MStorum Bibliothecis continentur, ad quodvis literaturae genus spectantia & notatu digna, describuntur & indicantur : cum indicibus locupletissimis. Parisis* 1739 2 Tomi in fol. Quia hoc opus luculentissimum in tabernis librariis Germanorum non adeo frequens est & ob nimis grande pretium a paucissimis comparari potest, non ingratum fortasse erit, quae in toto opere continentur, hic declarare. In Praefatione cel. Auctor enarrat, quanto labore, quibus modis per annos plus septem & quadraginta fese ad tantum opus apparaverit. *Tomus Imus* complectitur Bibliothecas Italiae, initiumque dicitur a *Vaticana celeberrima illa Bibliotheca*. Aliarum quoque paene omnium Romanarum Bibliothecarum catalogos huc civi-



bicorum quorundam Codicum MStorum, qui in eadem Regia Hispaniae Bibliotheca adservantur, Catalogum *Jo. Henr. Hottingerus* in Adpendice Smegmatis Orientalis Libr. III, P. 2, p. 1. seq. & ad calcem Bibliothecae orientalis dedit. Sic & Christi. Ravius, Berolinus

retulit ; item Bibliothecarum *Montis-Cassini* & *Neapolis* civitatis, bibliothecae etiam Laurentianae Florentinae, quae inter celebriores ex MStorum praestantia numeratur. His adduntur Bibliothecae aliae Florentinae, quarum quaedam MStorum pretio insignes sunt. Has excipiunt nonnullae Bononienses & Cesenates illa ; item Archivium Ravennatense, triplo auctius eo, quod in historia Ravennatense cufum fuit. Sub hac accedunt & Catalogus Codicum MStorum, quos Pater Purpuratus *Bessario* Senatus Veneto dedit ; & ceterae Venetae bibliothecae, quarum indices auctor ipse adornavit. His adduntur bibliothecae Patavinæ, Veronenses, Ducis Mutinensis celebrisque illa bibliotheca Ambrosiana Mediolanensis. Italicis bibliothecis Germanicae succidunt, quarum prima est Cæfarea Vindobonensis. His jungitur Catalogus Hispanæ bibliothecæ Scorialensis. Agmen claudunt in hoc primo tomo Bibliotheca regis Angliae ceteraque Anglicanae. *Tomus* vero *secundus* Gallicanas complectitur bibliothecas. Praeit autem Regia omnium, quae unquam fuere, amplissima praestantissimaque. Regiam sequitur Sangermannensis bibliotheca, quae nunc inter praestantissimas Europeæ censetur. Harum Catalogos excipiunt bibliothecarum Gallicanarum plus quam septuaginta Catalogi. His tot tantisque catalogis constat opus hoc egregium nec sine stupore lectorum tanta supplex dispicitur, ubi non MStorum modo numerus describitur, sed etiam multorum aetas & pretium plerumque indicatur. Tandem ut facilioris usus esset haec bibliotheca, amplissimi duo Indices concinnati sunt. Prior, in fronte *primi Tomi* positus, secundum materiam omnia & singula minutatim indicat ; alter in fine *secundi Tomi* ordine Alphabetico omnia profert cum paginarum numeris

volinus edidit Catalogum 261 voluminum Arabicorum
 in hac bibliotheca, subjectum *Ravii* praefatiunculis in
 primam tredecim partium Alcorani Arabico - Latini.
 Relicta Hispania conferemus nos in Galliam, ubi o-
 mnibus palmam praeripit Bibliotheca regia. Hanc
 Carolus V rex in Lupara prior exstruxit. *Carolus VI*
 & *Carolus VII* auxere, *Franciscus* vero Imus, pater in-
 stauratorque litterarum, MStis Latinis, Graecis aliis-
 que locupletavit. Subsequentes reges plurima addi-
 dere. *Ludovicus* vero M. tot incrementa adjecit, ut
 praestantissimas Europae bibliothecas & pretio & nu-
 mero superaret. Verum nulla unquam tanta fuerat
 accessio, quantam videmus factam, curante Franci-
 cae rei administro, Eminentissimo Patre purpurato *de*
Fleury, qui jubente rege, *Sevinum* & *Fourmontum*,
 amplissimae doctrinae Abbates misit in orientem, qui
 MStos Codices Graecos & alios orientalium lingua-
 rum ubique locorum coemerent. Praefectus biblio-
 thecae regiae hodie est ill. *Bignonius*, *Jo. Pauli Bignonii* nepos, cui in Bibliothecarii munere successit, cum
 a. 1745 m. Jan. octogenario major e vita discederet.
 Codices manu exarati, quibus haec bibliotheca super-
 bit & quorum ultra triginta millia complectitur, re-
 censemur a *Bern. Montfauconio* in Bibliotheca Biblio-
 thecarum MStorum nova T. II, praecipue autem in
 Catalogo Codicum MStorum Bibliothecae regiae, quod
 egregium opus *Parisiis* e typogr. Regia 1739 IV Tom.
 in fol. prodiit

Praeter Regiam, quae merito omnium bibliothecarum in Europa regina habetur apud Parisenses ad-
 huc spectandae veniunt

a) Biblio-

a) Bibliotheca Collegii Sorbonici. Referta est illa in primis MStis orientalibus, quorum Catalogum exhibet *o nro Montfauconius* in Biblioth. Bibliothec. MStorum T. II.

b) Bibliotheca Collegii Ludovici M. olim Claramontani. Manuscriptorum sexcenta prope volumina in ea numerantur, inter quae plurima pars ex Graecis constat, recentioribus maxime, non nullis tamen antiquis etiam & optimae notae. conf. *Monifaucon.* in Praef. ad Palaeogr. Graec. p. 26.

c) Bibliotheca Canonorum Abbatiae S. Victoris, jam Francisci I aetate ob varios Codices manu exaratos magni aestimata. Quendam MStorum Catalogum dedit *Montfauconius* in Biblioth. Bibliothec. MStorum T. II, p. 1369 seq.

d) Bibliotheca Patrum Oratorii in via S. Honorati. Haec etiam excellit praestantissimis Codicibus manu exaratis, quorum indicem attulit *Montfauconius* l. c. p. 1403 seq.

e) Bibliotheca S. Germani, Ordinis Benedictini ex Congregatione S. Mauri, quae, praeter Regiam reliquas omnes Parisienses dignitate & praestantia vincit. Teste *Car. Steph. Jordano* * sex Codicum MStorum millia in ea numerantur, quorum catalogum dedit cel. *Montfauconius* in Biblioth. Biblioth. MStorum nova T. II.

f) Bibliotheca Ordinis Minimorum. Habet ea illud peculiare, quod plures continet codices Liturgicos manu scriptos, ut in eo pluribus aliis bibliothecis pal-

* dans l' histoire d'un Voyage littéraire, à la Haye 1735 in 8 p. 74

palmam praeripere videatur. confer. *Dan. Maichelii*
Introd. ad Hist. Litter. de praecipuis bibliothecis Paris.
c. XI.

Parisiis complures olim etiam bibliothecae privatae extiterunt, inter quas eminuerunt, maxime si Codices MStos attendas, *Bibliotheca Seguieriana & Colbertina*. Prior conditorem, uti inter omnes eruditos constat, habuit *Petrum Seguierum*, magnum Franciae Cancellarium tempore *Ludovici XIII*. Hic eruditissimus vir pro insigni litterarum studio Codices MStos varii generis bonitate atque elegantia praestantes maxime autem Graecos undecunque miris curis magnisque sumtibus colligi curavit, constitutis hanc in rem viris doctis, qui huic muneri pares videbantur. Post magni viri mortem jure haereditario venit ad *Henr. Car. de Cambout de Coislin*, Ducem & Parrem Franciae, episcopum Metensem & laudati conditoris pronepotem, unde deinde bibliotheca Coislana dicta fuit. Mortuo a. 1732 *Coislino** Codices MSti quorum numerus abiit ad 4000, bibliothecae *S. Germani* illati sunt. Catalogus eorum prodidit sub titulo : *Catalogue des Manuscrits de la bibliothèque du Chancelier Seguier. Parisis 1685 in 8.* Multo melioris artem notae est cel. *Bern. Montfauconii Catalogus MStorum* in Bibliotheca Coislana (olim Segueriana) Parisis 1715 in fol.

Bibliotheca Colbertina originem suam debet *Jo. Baptiste Colberto*, olim ministro & Secretario status maximoque, dum viveret, eruditorum Maecenati. Hic

B magnis

* de cuius vita legatur *Histoire de l' Academie Roiale des Inscriptions et des belles Lettres*

magnis curis impensisque thesaurum hunc litterarium
adornavit. Ex solis Codicibus Graecis paene mille
adfuerunt, quos autem omnes rex *Ludovicus XV* coe-
mit, cum bibliotheca jussu *Caroli Leonorii Colberti, Co-*
mitis de Seignelay venderetur. Catalogum exhibit
Montfauconius Biblioth. Bibliothecarum MStorum T.
II, p. 922 seq.

Cum praestantissimas bibliotecas apud Parisien-
ses haec tenus consideraverimus, progrediemur nunc ad
reliquas, quae in hoc florentissimo regno famam adep-
tae sunt.

Sic *Rothomagi* duae nobis innotuerunt bibliothecae publicae. Alteram considerunt Canonici ecclesiae metropolitanae ibidem, cuius originem legimus in *Franc. Pommery Histoire de l'Eglise Cathedrale de Rouen, Metropolitaine & Primatiale de Normandie*, à Rouen 1681 in 4. Catalogus Codicum MStorum, qui in hac reperiuntur bibliotheca prodiit sub hoc titulo : *Notice des Manuscrits de la Bibliotheque de l'Eglise Metropolitanae de Rouen*, per Mr. s A A S, à Rouen 1746 in 12. Altera bibliotheca, quae apud Rothomagenses cernitur, pertinet ad monachos *monasterii S. Audoeni*. De MStis, quae in ea delitescunt, confer. *Montfaucon* in Biblioth. MStor. T.II, p. 1237 seq.

Caesaroduni etiam praestantissima invenitur bibliotheca, ad ecclesiam *S. Gatiani* pertinens. Codicum MStorum quadringenta sexaginta volumina possidet, quorum Catalogum notis illustratum *Guilielmus Jovan* edidit Caesaroduni 1706 in 8. confer. etiam *Montfaucon* in Biblioth. Bibliothec. MStorum T. II, p. 1273 seq.

Lug-

Lugduni praeter bibliothecam *Praedicatorum* spe-
ctatu digna est & ea, quae ad *collegium Jesuitarum* per-
tinet. Possidet ea MStorum quadraginta circiter vo-
lumina, quorum nonnulla p[re] caeteris notatu dignis-
fima dicuntur. Confer. de ea Rev. Patris de *Colonia*
Histoire litteraire de la ville de Lion P. II, p. 757 seq.

Tandem monachi *Benedictini* monasterii in supe-
riori Campania, quod a S. *Remigio* nomen gerit, in-
struetissimam etiam habent bibliothecam. Confer. de
ea *Montefauconius* in Praef. ad *Palaeogr. Graec.* p. 27
ubi in *bibliotheca*, inquit, *S. Remigii Benedictinorum*
habentur exemplaria *MSta* bene multa, & inter illa *Co-*
dices Graeci circiter LX olim cardinalis a *Lotharingia*,
Archiepiscopi Rhemensis.

Ex Gallia transeamus nunc in *Angliam*, in qua
fortunatissima insula bibliotheca *Regia Westmonasteri-ensis* primum spectanda venit. Numerus MStorum
codicum in ea, si comparemus cum *Regia Parisiensis*
non adeo magnus est; possidet enim illa tantum bis
mille volumina *MSta*; interim dantur in ea nonnulli
codices, qui & antiquitate & usu mirifice se commen-
dant. Indicem eorum debemus *Davidi Casleio*, qui
hodie munere Sub-Bibliothecarii fungitur. Prodiit il-
le lingua Anglica sub titulo: DAV. CASLEY'S Cata-
logue of the Manuscripts of the King's Library. An Ap-
pendix to the Catalogue of the Cottonian Library &c.
London 1734 in 4.

Post *Regiam Westmonasterensem* bibliotheca Re-
gliae Scientiarum Societatis Londini facile princeps est.
Originem suam maxime debet *Thomae Comiti Arun-
delliae*, a quo ad *Ducem Norfolcensem*, *Henricum ve-*
nit,



nit, qui deinde Regiam Societatem Londinensem ea donavit. Superbit illa Codicibus manuscriptis praestantissimis, quos illustrissimus auctor ex omni oriente grandibus impensis in Angliam advehi curavit. Catalogus eorum prodiit sub titulo : *Catalogus librorum MStorum & impressorum Bibliothecae Norfolcianaee, (o-
tim Arundellianaee) quos Henricus, Dux Norfolciae, Re-
giae Societati Londinensi donavit. Londini 1681 in 4.*

Restat inter bibliotecas publicas Londinenses *Cottoniana*, *Regiae* vicina. Conditem habuit *Rober-
tum Cottonum*, Equitem Auratum & Baronettum An-
gliae, qui a. 1631 d. 6 Maji Westmonasterii mortuus est. Referta est illa antiquis MStis varii generis in pri-
mis eis, quae ad illustrandas Angliae antiquitates ali-
quid conferre possunt. Catalogum horum MStorum
debemus *Thomae Smith*. Prodiit *Oxoniae e Theatro
Scheldonianio* 1696 in fol. *charta regali*. Praemissa est
ei illustris conditoris vita & Bibliothecae historia. Se-
lecta ex hoc Catalogo dedit *Montfaucon* in Biblioth.
Biblioth. MStorum T. I, p. 634 seq. Appendicem
vero ejusdem invenimus in *Dav. Casley Viri Clar. Ca-
talogo MStorum Bibliothecae Regiae* p. 313 seq.

Relictis publicis Londinensium bibliothecis pro-
grediemur nunc ad bibliotecas, quibus binæ Acade-
miae in Anglia gaudent. Altera est *Oxonienfis*, quae
vulgo *Bodleiana* audit. Manuscripti Codices plurimi
iisque optimae notae ibi extant, praesertim si litteras
elegantiores spectes, tam pulchra continet monumen-
ta, ut multis aliis anteire videatur. Omnium au-
tem horum codicum manuscriptorum sine omni con-
troversia praestantissimus est *codex veteris & novi Te-
sta-*

❧ ♦ ❧

ſtamenti, qui *Alexandrinus* vulgo dicitur. Membranaceus est litterisque uncialibus, absque accentuum & spirituum adjunctione exaratus. Posſedit eum quondam *Cyrillus Lucaris*, Patriarcha Constantinopolitanus, qui iſum Alexandriae Constantinopolin ſecum attulit & poſtea circa annum 1628 Anglorum Regi *Carolo I* mo per *Thomae Roe*, equitem Auratum & laudati Regis ad Imperatorem Turcarum legatum dono miſit, a quo in Bibliothecam Bodlejanam venit. De aetate hujus praefantissimi longeque pretiosissimi codicis certant Critici & adhuc ſub judice lis eſt, quo tempore iſte scriptus iſt. Angli antiquissimum totius orbis & praefantissimum pronuntiant. E contrario nimis eum diminuit & ad ſeculum decimum abire jubet *Casimirus Oudinus* in *Difſert. Critic. Triade* *, quarum prima de Codice MS. Alexandrino Bodlejanae bibliothecae agit. Refutavit autem *Oudinum* *Jo. Augustinus Dietelmaier*, Norimbergensis in *Difſ. Academica*, Antiquitatem Codicis Alexandrini vindicante & novo argumento comprobante, quam Praefide D. *Jo. Henr. Schulze* Hallae Magdeb. 1739 publice defendit. Confer etiam *Jo. Adami Ofiandri*, Graecae linguae Prof. quondam in Acad. Tubingensi celeb. Orationum Academicarum Trigam, quarum ſecunda agit de MSto Codice Graeco Nov. Test. Alexandrino. Tubingae 1742 in 4. Medianam viam elegit ſupra laudatus *Casley* l. c. ubi p. 5 seq. quum de hoc ipſo Codice diſſerit, eum ſeculo quaarto vel quinto, exaratum pronuntiat. Plures quantivis pretii Codices Bibliothecae Bodlejanae adduxit *Eduardus Bernardus* in Catalogo librorum MStorum Angliae

B 3 &

* prodiit *Lugduni Batavorum* 1717 in 8.



& Hiberniae, quod opus egregium lucem adspexit Oxonii in Theatro Scheldoniano 1697 in fol. Excerpta vero *Montfaucon* inseruit inde Bibliothecae suae MStorum T. I p. 641 seq. confer. etiam *Thomae Jamesii*, Bibliothecae Oxon. quondam Proto-bibliothecarii Ecloga Oxonio-Cantabrigiensis in duos libros tributa, quorum prior continet Catalogum librorum MStorum in illustrissimis bibliothecis duarum florentissimarum Academiarum Oxoniae & Cantabrigiae, *Londini* 1600 in 4.

Neque Academia *Cantabrigiensis*, altera Musarum fides apud Anglos instructissima destituta est bibliotheca. Initium cepit Sec. XVI, quo *Thomas Roderam*, Archiepiscopus Eboracensis multos libros bonaे notae comparavit. Praeclare autem de ea meritus est *Matthaeus Parckerus*, Archiepiscopus Cantuariensis, qui bibliothecae publicae Cantabrigensi ingentem tam impressorum quam manu exaratorum Graecorum Latinorumque codicum numerum donavit. Ad codices MStos, quod attinet, eorum ibi sat ampla copia servatur. Inprimis vero hic commendari meretur rarissimus Codex *Psalmarum Davidis Hispanis* in Gadium erectione eruptus ; item Codex *Novi Testamenti Graeco-Latinus* & vetustissimus. Continet iste IV Evangelia & Acta Apostolorum. Scriptus majoribus litteris quadratis, cohaerentibus vocibus, sine accentibus, siue spiritibus. Ex Graecia putat *Theod. Beza* fuisse a sportatum. Pertinuit quondam ad coenobium S. *Irenaei*, quod Lugduni est usque ad annum 1562. Ex eo modo dictus *Beza* inter turbas Galliae civiles natus est, & deinde Academiae Cantabrigensi a. 1581 muneri

muneri dedit. De praestantia reliquorum Codicum MStorum judicare est ex Ed. Bernardi Catalogo MStorum Angliae & Hiberniae, item Jamesii Ecloga Oxonio-Cantabrigiensi

Praeter bibliothecam publicam apud Cantabrigenses habent & omnia & singula Collegia Academiae suas bibliothecas libris tam typis exscriptis quam manu exaratis celebres, inter quas praecipue eminent bibliotheca *collegii Corporis Christi*, quod Angli vulgo dicunt *Benet-College*. Superbit ea *Matthaei Parckeri*, Archiepiscopi Cantuariensis, Codicibus praeter impressos, manu exaratis longe plurimis, quos per testamenti tabulas ei legavit. Catalogus eorum prodiit sub titulo: *Catalogus librorum MStorum Bibliothecae Collegii corporis Christi Cantabrigiae, quos legavit Matthaeus Parckerus Londini 1712 in fol.*

Atque haec tenus de praestantissimis Hispaniae, Galiae & Angliae bibliothecis. Quae restant, eas alio loco atque alio tempore describemus

Jam proprius ad illud institutum accedamus, quod argumentum ad hanc scriptiōnem suggesit. Illucescat proxime futuris *Calendis Augusti* dies ille auspicatissimus totique ducatui Brunovicensi prosperrimus, quo ante duos & quadraginta annos primum coeli lumen adspexit *Serenissimus Celsissimusque Princeps ac Dominus, Dominus CAROLVS, Dux Brunsvicensium ac Luneburgensium, Patriae Pater ac Dominus Noster longe Clementissimus*. Quo die exoptatissimo cum bonis omnibus nihil queat esse sanctius; *Museae Scheningenses communis pietatis & publici gaudii interpretis provinciam mihi imposuerunt, quam & eo lubentius in me susce-*

suscepi, quo majori pietate Serenissimo Duci Nostro pro maximis immortalibusque per quatuor & quod excurrit annos in me tanquam hominem novum & peregrinum collatis, devinctus sum. Efficere id autem potissimum studebo Oratione verbis Teutonicis concepta, in qua summas quasdam Serenissimi Ducis Nostri CAROLI virtutes, quae omnes cultioris Europae populos in admirationem rapiunt, depraedicabo. Faxit summus omnium rerum moderator atque arbiter, ut auspiciatissimus iste dies, quem hodie laeti celebрамus, saepissime ad nos redeat seraeque posteritati nostrae sit faustissimus.

Denique ut hic dies Pindo nostro sit quam solemnissimus, Praesulem Summe Reverendum & Scholae Nostrae Ephorum longe gravissimum; item reliquos Patronos atque Fautores omnis ordinis, nec non omnes Matronas nobilissimas lectissimasque virgines civitatis nostrae precibus obsequii & observantiae plenis rogamus, ut reliquos terrarum Brunovicensium cives in gratulationem effusos, imitentur & futuro die Veneris, hora post meridiem tertia in ducali Anna-Sophianeo nostro convenire ac vota precesque suas cum nostra pietate conjungere velint. Dabam Scheningae in Ducali Anna-

Sophianeo d. XXVII Julii A. R. S:

MDCCLV



B. m. II

IIa
52

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

DE
HISPAENIAE, GALLIAE ET ANGLIAE,
VS MSTIS SVPERBIVNT, NEC NON
S, QVI LIBRORVM MSTORVM
EDIDERVNT, BREVITER
ICTIMQVE DISSERIT

SIMVLQVE
AD
NEM PANEGYRICAM

IN
LSISSIMIQUE PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

R O L I

ICENSIVM ET LVNEBURGENSIVM
TRIS AC DOMINI NOSTRI LONGE
CLEMENTISSIMI

TISSIMVM NATALEM

CALENDIS A. R. S. MDCCLV
FAVENTE GRATIA RECVRRENTEM

IN
ANNA-SOPHIANEO APVD
CHENINGENSES

HABENDAM

INVITAT
ADAM SCHIER
CONR.

ADII TYPIS JO. DRIMBORNI.

